

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Sanctae Mechtildis virginis ordinis Sancti Benedicti Liber specialis gratiae**

**Mechthild <von Hackeborn>  
Mechthild <von Magdeburg>**

**Pictavii, 1877**

Caput III. Qualiter deus ad animam venit.

[urn:nbn:de:bsz:31-60070](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-60070)

## CAPUT III.

## QUALITER DEUS AD ANIMAM VENIT.

Mira divini  
Cordis  
ad cor  
animæ  
applicatio.

**N**OCTE quadam cum a somno vigilaret, et Dominum intimis præcordiis salutaret, vidit ipsum de cœli palatio venientem ad se, et Cor suum divinum cordi suo applicantem, sibi que dicentem : « Nunquam apud avaros mittitur in prata virentia ad carpandos flores dulces, sicut ego paratus sum ad tuam venire velociter animam me vocantem. »

## QUALITER IN DEI AMORE EST SUCCENSA.

**I**TEM et hoc sæpius ei contigit, ut cum pigra et minus devota esset, divinum Cor Dei quasi ignitum aurum cordi suo jungi sentiret, ex cujus caloris vapore miram percipiens dulcedinem, mox ferventissimo amore solito est succensa.

## CAPUT IV.

## DE AMPLEXU DOMINI.

In choro  
contemplans  
B. Mechtildis  
deficit.

**S**ABBATO etiam quodam vidit ipsum sponsum Ecclesiæ Jesum de cœlo se inclinantem expansis manibus, in ejus amplexus ruentem, eamque medullitus sic in se trahentem, ut tota absorpta in Deum penitus in se deficeret, in tantum ut a choro portaretur quasi exanimis ; quia spiritus ejus